Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IERE

in solium domini. Et si, apprehenderint
et habitum domini in eis: occurrat
domino exercituum. ut non remanant
vasa que relicta fuerant in domo
domini. et in domo regis iuda. et in
hierusalem in babylonem: quia hec dicit
dominus exercituum. ad columnas.
et ad mare. et ad bases. et ad reliquias
vasorum que remanserunt in ciuitate
hac. que non transtulit nabuchodonosor
rex babylonis cum transferret Ye
choniam filium ioachim regis
iuda de hierusalem in babylonem. et omnes
optimates iuda quia hec dicit do
minus exercituum deus israel ad va
sa que relicta sunt in domo domini.
et in domo regis iuda. et in hierusalem
babylonem transferentur. et erit
usque ad diem visitationis eius di
cit dominus: et afferam eam
et reducam in locum istum. Cap. xviii.
Et factum est in anno illo in
principio regni sedecie
regis iuda. in anno quarto.
in mense quinto dixit ananias filius
azur. propheta de gabaon. in domo domini
coram sacerdotibus et omni populo dicens.
Hec dicit dominus exercituum deus
israel. Contriui iugum regis baby
lonis. Adhuc duo anni dierum et ego
referam famulum ad locum istum omnia
vasa domini. que tulit nabuchodonosor
rex babylonis de loco isto. et abstulit
ea in babylonem: et iechoniam fi
lium ioachim regem iuda. et omnes
captiuitatem iuda qui ingressi
sunt in babylonem ego reuertam
ad locum istum. ait dominus. Con
tam enim iugum regis babylo
nis. Et dixit hieremias propheta ad
ananiam prophetam. in oculis omnis
populi qui stabant in domo domini. Et
ait hieremias propheta ad ananiam
prophetam audiamus fiat dominus.
Suscitet dominus verba tua que pro
phetasti: ut referantur vasa in domum
domini. et omnis transmigratio de ba
bylone ad locum istum. Verumtamen
audi verbum hoc quod ego loquor in au
ribus tuis. et in auribus uniuersi populi.
Prophete qui fuerunt ante me. et ante te
a principio. et prophetauerunt super terras multas
et super regna magna. de pelio. et
de fame. et de pestilentia. propheta qui va
ticinatus est pacem. cum uenerit ver
bum eius. agnoscetur propheta. quem misit
dominus veritate. Et tulit anania
as propheta cathenam de collo hie
remie prophete. et confregit eam. Et ait a
nanias propheta in conspectu omnis
populi dicens. Hec dicit dominus.
Sic conteram iugum nabuchodo
nosor regis babylonis post duos annos
dierum de collo omnium gentium. Et abiit
hieremias propheta in uiam suam. Et
factum est verbum domini ad hieremiam.
postquam confregit ananias propheta cate
nam de collo hieremie prophete dicens.
Vade et dices ananie. Hec dicit
dominus. Cathenas ligneas contri
uisti. et fames. pro eis cathenas ferreas.
quia hec dicit dominus exercituum
deus israel. Iugum ferreum posui super
collum omnium gentium istarum. ut
seruiant nabuchodonosor regi babylonis:
et seruient ei. insuper bestias terre dedi
ei. Et dixit hieremias propheta ad ana
niam prophetam. Audi anania. Non
misit te dominus: et tu confidere fecisti
populum istum in mendacio. Idcirco hec dicit
dominus. Ecce ego emittam te a fa
cie terre. hoc anno morieris. Quia locutus es. Et mortuus est
ananias propheta in anno illo. mense vii.

r iechon.

ad me